

Euthym.  
Abbas ap.  
Su. 20. la-  
mar. Act. S.  
Auxent. 14.  
Januar.  
SOLICI-  
TUDO  
MARCIA-  
NI IMP.  
PRO CON-  
FIRMA-  
TIONE SY-  
NODI.

EPIST.  
SYNOD.  
AD LEON.  
PAP. PRO-  
CONFIR-  
MATIONE  
ACTOR.  
x Ext. in  
Conc. Chal-  
ced. Act. 3.  
in f.

propositis, novissimo loco Patres Synodalem ad eumdem Leonem Papam de cunctis ibidem pertractatis epistolam scripterunt; simiusque ipsa misericordia Acta Synodalia, petentes ab eo cuncta rata haberi atque firmari. De qua quidem epistola illud notandum, quod habet in fine, *Scripta pridie Calendas Aprilis, feria tercia, Indictione decimam tertiam,* verba non esse epistolae, sed libellici qui eam exscripti. Etenim sicut certum est, Synodus mense Novembriis absolutam, non pervenisse ad anni sequentis mensem Aprilis; ita multo certius est, nihil pertinere decimam tertiam Indictionem ad Chalcedonensem Cœcilium, quod Indictione quarta celebratum esse ipsum eius Acta perdovent. Porro ex his que in omnibus ferme integra extant Synodi Actis, quidam in reliquis Oecumenicis fieri consueverunt, uniusquamque facile potest intelligere; nempe a Synodo solita mitti ad Romanum Pontificem que a Patribus decreta essent, ut auctoritate ipsius firmarentur.

Sed & observa illud, quod universi cōgregati sexcenti trigesimi Patres, cognoscentes in Romano Pontifice summum Pontificij culmen effulgere, se ipsos licer ordinatione collegas & fratres esse scire, filios tamen appellaverint, Vniversalis Ecclesie Catholicae eum esse Caput intelligentes (quod & Iep̄t̄is in ipsius Synodi celebratione agnoscit, Acta testantur) cuius & ester gradus suūnos in Ecclesia dittiibuerunt. Id enim quoque profitentur, cum obnoxie perut ut cedat Constantinopolitanum Episcopum primū in Ecclesia locum obtinere post ipsum Romanum Pontificem. Cuius & auctoritatem tanti estimant, ut putent esse infirma quæ in duobus Oecumenicis Concilis eā de re decreta esse dicent, nisi accederet Romani Pontificis confirmatione. Quin & ipsi Leoni titulum Oecumenici Episcopi tribuisse eadēm Synodū, sep̄issimè testatur S. Gregorius & Papa, ne putes dumtaxat Alexandrinos clericos eum titulum in suis ipsorum libellis (ut vidimus) indidisse. Quāobie mili facile persuadeo, cum nomen Oecumenici desideretur in Epistola Synodali ad S. Leonem, ab eā postea esse dolo subductū. Quod vero S. Gregorius ait, nullū predecessor suorum nomine usum esse; ita quidem intelligendū est, vt ne mo illorum ex titulo ex foliū nū sēp̄et & in omnibus usū sit in scriptiōnibus vel subscriptionibus. Ceterū eo interdum ipsorum aliquem esse usum, superius est demonstrat. Et ne longius progediamur, ipse S. Leo in epistola 2 quā anno sequenti dedit ad Marcianū Imperatōrem aduersus Anatolium, usū est titulus Universalis; quē habet nō solum Latinus codex epistolatarum S. Leonis, sed & Græcum exemplar in appendice ad Concilium Chalcedonense.

Denique absoluta (ut diximus) sacrā Synodo, Patres adiutas singuli Ecclesiās redière. Dioscorus vero Gangā in Paphlagoniam civitatē relegatus, ac militari manu perductus, ibidem infelix diem clausit extremum. In tanti autē memoriam à Deo praebiti beneficij in dānatione perditissimæ hæretis, quæ sacrā Incarnationis mysterium abolere præsumperat, Orientalis Ecclesia eamdem ipsam Synodum anniversariā celebratē b cōfecravit; quam & S. Leo in epistola ad Theodoretum, *Secundam pōst adventum Domini festivitatem Orbis appellavit;* eamēque corroborāunt sanctissimorum virorum elogia, & crebra miraculorū editio: quādo & Marcianus Imperator

audiēs eam labefactari calūnis monachoru Eu-  
tychianorū, afferentū illum fuīse Nestorianoru  
convētū, salubre illud consilii iniit, vt Auxētūm  
sanctissimū anachoreta gratiā miraculorum in-  
signe, omnibusque famā cognitū, ex solitudine  
advocaret, vt signis ac prodigiis coram populo  
eum ad stipulari faceret decretū Cōcilij. Fuitque  
plane maximū momēti ad continēdū in officio  
complures eremī Palæstīnæ monachos, aliosque  
secularēs viros, ne ledicerentur ab iis pseuso-  
monachis Eutychianis; quōd p̄stantissimi illi  
Euthymius, Simeon Stylija, Saba, Theodosius,  
(lōge diversus ab alio eiusdē nominis Eutychia-  
no, de quo postea) aliqui admirandæ sanctitatis  
cōnobiar̄ & anachoreta, probaverunt, &  
magno gaudio receperunt decretū Fidei Synodi  
Chalcedonensis, rāquā vere Orrhodoxum. Que-  
nam autem ab Eutychianis cōcitata fuerint ad-  
versus illam turbā, dicetur inferiū suis locis.

## IESU CHRISTI AN. 452.

LEONIS AN. 13.

VALENTIN. III. 28.  
MARCIANI 3.

**A**nno Domini quadragesimo quinquagésimo secundo, Herculano atque Sporatio Cōf. seprimo Calendas Februarioj Marcianus Imperator pro firmitate Chalcedonensis Concilij sanctionē edidit, ne cui amplius liceret publicē de Fide differe, sed omnino staretur eiusdē Synodi definitioni. Nam (inquit) *verē impius aīque sacrilegus est, qui pōst tot sacerdotum sententiam opinio-  
niis sua aliquid tractandum reliquit: & iniuriam facit iudicio religiosissime Synodi, si quis semel iudicata ac recte disposta revolvere & disputare contendit.* Quæ quidem sanctio habetur integrā apud eiusdē Synodi Acta<sup>a</sup>, ex parte verō descripta in Codice<sup>b</sup> Iustiniani: sed hīc mendosissima in notā Cōsulū, illuc in inscriptione titulorū Imperatori Valentiano atque ipsi Marciano adscriptorum.

Cum vero adhuc vaniloqui obſtreperet, & Eutychiani hæretici adversantes sacra Synodo turbas cierent; iuriū dē Imperator terro Iudas Martij aliud aduersus illos edictū promulgavit, quo misericorditer cum illis ageret, eadē tātummodo peccati minas iteravit, quæ in priori sanctione cōtinebātur. Sed sanctum isto, tum plurimis aliis exemplis sati perspicuū est redditum, nūquam profutile Fidei Catholice clementiam Principiū remittendis culpis ab hæreticis perpetratis: eā enim abusū semper illi evasēte deteiores; sicut de istis dicetur paulo pōst. Interim verō ex p̄dicitis videois, tam Episcoporū sententiā, quam Imperatoris sanctionibus, dānatā esse cum auctore suo & seftatorib⁹ eius Eutychianam hæresim: aduersus quam erāt complures Orthodoxi. Scriptores iūdē tēporibus stylū exerēre; putā Molchius Mesopotamius, & Isaac, presbyteri Antiocheni, Samuel presbyter Edelfenus, & Theodoreus. Episcopus Cyti; ut qui de his singulis scribit, Gennadius tradit. Sed & qui postea de Tribus Capitulis tractatus elaborarūt pro Concilio Chalcedonensi, iidem Eutychianam hæresim acerrimē infectati sunt.

Cum autem pervenissent inter hæc Romā ad S. Leonem Papam Legati missi Constatinopoli

I.  
DISPUTA-  
TIO DE FI-  
DE PROHIBI-  
BITA.

a Cōf. Chal-  
ced. Act. 3.  
in f.  
b l. 4. C. de  
Sum. Trinit.

II.  
c Ext. d.  
Act. 3.

EUTYCH.  
HÆRESIS  
UBIQ.  
DAMNA-  
TA.

III.  
LEO PA-

XXXIII.  
SUPREMA  
AUCTORI-  
TAS ROM.  
PONT. A-  
GNITA A  
SYNODO.

VIVER-  
SALIS EP-  
ISCOPI TI-  
TULUS,  
TRIBUTUS  
ROM. PON-  
TIFICI.

y Greg. 4. ep.  
32. 36. 38.

z Leo ep. 54.

XXXIV.  
ELOGIA  
ET MIRA-  
CULA DE  
SYNOD.  
CHALCE-  
DON.

a Liber. Bre-  
viari. cap. 14.  
Evagri. lib. 2.  
ca. 5. & alij.  
b Monolog.  
16. Ital.  
c Leo ep. 63.  
d Vid. Act.